

4015. VORLÄUFIGER ARBEITSTITEL: DE CONVERSIONE STENONIS ET DE MOTIVIS CONVERSIONUM

Vorläufige Datierung: [März 1677]

Überlieferung:

- 5 *L* Konzept: LH I 7, 3 Bl. 1–4 (darauf auch IV, 3 N. 13 u. ein Teilkonzept von II, 1 N. 134).
2 Bog. 2°. 1 1/2 S. auf Bl. 4 r^o u. 4 v^o.
A Abschrift von der Hand Barings und Grubers: LH I 4, 7 Bl. 28–29. 1 Bog. 2°. 3 1/2 S.
*E*¹ GRUA, *Textes*, 1948, S. 163–164 (Teildr. nach *A*).
*E*² STENSEN, *Epistolae*, 1952, Bd 2, S. 938–940 (nach *A*).

10

bearbeitet von Herma Kliege-Biller

[Anhaltspunkte zur Datierung:] Unser Stück befasst sich, ausgehend von Niels Stensens Konversion, mit den Motiven, die Menschen zu einem Glaubenswechsel führen können. Es findet sich mit einem gestrichenen Teilkonzept (*L*¹) eines Briefes von Leibniz an Herzog Johann Friedrich von Hannover von Anfang 1677 (Bl. 4 r^o, oberes Drittel; II, 1 (2006) N. 134, S. 467) sowie der Niederschrift eines Gesprächs über die Methoden der Behandlung von Kontroversen (Bl. 1 r^o–3 r^o, Bl. 3 v^o frei; IV, 3 N. 13) auf zwei ineinander gelegten Bogen aus derselben Papiermühle.

Unser Stück setzt unter dem Briefkonzept an und läuft bis zum Ende von Bl. 4 v^o. In der Fassung *L*² des gestrichenen Briefkonzepts findet sich gleich zu Beginn in einer Variante der Hinweis auf Stensen und seine Argumente zur Konversion: »Comme je n'ay pas veu celle du S^r van der Burg: je n'en sçay que dire; il semble pourtant que ses raisons | *gestrichen*: aussi bien que celles de Mons. Stenon dans la lettre qu'il avoit écrite à M. Spinosa | n'estoient pas des plus convaincantes.« (II, 1 (2006) S. 468.2, mit Bezug auf N. STENSEN, *Ad novae philosophiae reformatorem de vera philosophia epistola*, Florenz 1675). Daher ist es nicht unwahrscheinlich, dass unser Stück in unmittelbarem zeitlichen Zusammenhang zu dem Brief steht und im Anschluss daran etwa März 1677 verfasst wurde, sicherlich aber vor Ende des Jahres 1677, als sich Leibniz und Stensen nach dessen Eintreffen in Hannover am 8. November persönlich getroffen haben und in einem intensiven Gedankenaustausch standen (vgl. die *Conversatio cum Domino Episcopo Stenonio de Libertate* (VI, 4 N. 262) und Stensens Brief an Leibniz, [November 1677] (II, 1 (2006) N. 160a, S. 576; ferner die Ausführungen in N. 4017).

Unsere Abschrift *A* wurde von Grua fälschlich einer frühen Schreiberhand mit Korrekturen von Leibniz' Hand zugeschrieben, sie geht aber auf eine späte Abschrift von Daniel Eberhard Baring mit Korrekturen von Johann Daniel Gruber zurück.

[Thematische Stichworte:] *conversio religionis, mutatio religionis, religio Romana, conscientia, filum ratiocinandi, demonstratio credibilitatis*

[Einleitung:] —

Nicolaus Stenonius Danus vir notae eruditionis, et anatomicis inprimis scriptis clarus, ex quo relicto patrio cultu ad Romanam religionem transiit, hoc agere magno studio visus est, ut imitatores haberet.

Quod equidem non improbo[,] credo enim virum bonum, quod fecit, fecisse meditato, excussisque vetustatis monumentis, et disceptationibus recentiorum ex quo scilicet in hoc 5 studii genus incubuit, singularem sibi rei controversiariae notitiam parasse, quam aliis imperitari velle, aequum et caritatis plenum est.

De sinceritate Viri non dubito. Non possum cum illis sentire, qui vix quenquam in religione mutationem suscipere conscientiae impulsu, plerosque omnes aliis stimulis agi arbitrantur, rei familiaris, libidinis, vanitatis. 10

Ego, qui aliquoties cum hominibus conversatus sum, in quibus seriam futurae vitae curam omnibus negotiis praelatam deprehendi, et expertus sum, quid religio possit, ubi semel animum sive inferorum terrore perculit, sive, quod durabilius est, contemplationum coelestium suavitate affecit, jam mitius de illis sentio, quorum instituta passim damnantur. 15

Si fallor, in hanc potius quam illam partem labi malim. Illam enim certissimam de 15 hominibus iudicandi regulam esse arbitror, optime de omnibus sentire, quatenus de damno illorum vitando agitur; pessime, in quantum de nostro, quorum illud iustitiae, hoc prudentiae est. Neque hic periclitor, cum in bonam partem iudico; neque enim exemplis[,] sed rationibus prudentes moventur: et si Stenonium egisse arbitror, quod faciendum sibi putabat, hoc tantum 20 admitto, satis speciei in ejus argumentis fuisse, ut hominem etiam doctum et ingeniosum capere possent: quod veritati nihil praejudicat, scimus enim tot eruditorum atque eloquentium hominum contentionibus effectum esse, ut unaquaeque pars habeat, quo sibi plaudere possit.

Praeterea certum est saepe apud homines affectus esse pro ratione, plurimos occasionibus etiam leviculis excitatos atque attentos mire affici illis etiam rebus, quas alio animi statu velut 25 nugas despiciatui haberent.

4 v^o Pauci sunt qui serio aut severe ratiocinantur, qui non lassati subsistant in medio, qui inquisitionem ad exitum perducant.

5 f. ex ... incubuit *erg.* L 8 dubito (I) | neque enim cum *versehentlich nicht gestr.* | illis (a) sentio (b) sentire | possum *versehentlich nicht gestr.* |, qui (aa) neminem | (bb) paucos (cc) vix quenquam *ers.* | (2) Non ... quenquam L 9 f. suscipere (I) putant conscientiae impulsu, plerosque omnes aliis stimulis agi putant (2) conscientiae impulsu (a) (ost) (b), plerosque ... arbitrantur L 10 arbitrantur, (I) ambitionis, (a) avaritiae, (b) (lib) (c) libidinis, avaritiae (2) avar (3) rei L 11 seriam (I) v (2) futurae | vitae *erg.* | L 12 quid (I) pie (2) religio L 13 quod | efficacius ac *gestr.* | durabilius L 18 f. enim (I) exemplo sed rationibus prudenter (2) exemplis ... prudentes L 24 quas (I) alioqui v(el) (2) alio L 27-S. 401502.1 perducant. [Absatz] (I) Nimirum ubi exclamatiunculam quandam aut sententiolam nacti sumus saepe ita nobis (a) plaudimus (b) placemus, ut (2) Itaque L

2 transiit: Der Lutheraner Steno konvertierte am 2. November 1667 in Florenz zum katholischen Glauben.

Itaque usque adeo non miror multos falli, ut paucissimos arbitrer in his controversiis fecisse id omne quod ad cavendam fraudem necesse erat: itaque si non falluntur, casui potius quam rationi attribuendum est.

Ego quidem ita sentio esse quoddam ratiocinandi filum, quod qui tenerent patienter, hoc
5 certe obtinerent ut non fallerentur, quanquam non semper ut veritatem invenirent, quam saepe Deus sibi servavit. Hoc autem filum abrumpunt homines vel necessitate, cum scilicet agendum est ipsis non expectato inquisitionis exitu, ne dum deliberant vita transeat; vel levitate, cum ante tempus satisfaciunt sibi aut nugis interrumpuntur.

Quale sit illud ratiocinandi filum non est hujus loci explicare, illud sufficit dicere tanta
10 opus esse attentione et cura, ut expertos mecum facilius illis ignoscere arbitrer qui in tam lubrico labuntur. Equidem unusquisque sibi persuadet facillimum esse convincere adversarios: sed haec ipsa recepta utrinque opinio, utriusque partis prudentes viros admonere debet quam falsa sit. Sunt utrinque probi et eruditi, saepe in certamina descensum est[,] quae ubi casu vel taedio finita sunt, utraque pars victoriam sibi ascripsit, quod semper ab alterutris contra
15 conscientiam fuisse factum verisimile non est. Quod si ergo ambo vicisse sibi visi sunt, ubi est ergo illa decantata convincendi facilitas?

Equidem fateor, homini etiam simplici ac pio qui quantum per vitae rationem licet, salutis suae curam gerit, gratiam divinam, quantum ad salutem satis est[,] non defore; sed aliud est persuasum esse, aliud persuadere posse: nam ut persuasus sis, sufficit ut opinionem aliquam
20 teneas, ut persuadere possis[,] accurate ratiocinantem necesse est ut eam possis probare.

Multi autem fideles ni fallor, etsi persuasi de veritatibus fidei, non ideo eas aliis probare possent, si in dubium revocarentur, imo forte nec sibi, si analysis fidei ab ipsis exigeretur: est enim illa analysis, quae quandam credibilitatis nostrae velut demonstrationem continet, res adeo ardua, et tot praesidiis indiga, eruditionis et ingenii, ut in paucissimos cadere arbitrer.

25 Divinam autem gratiam loco rationum esse censendum est, Deus enim humanae conditionis et fragilitatis misertus haud dubie non eos minus qui credunt, quam qui cur credant

5 non (1) illud semper ut veritatem inveniant (2) semper veritatem inveniant (3) semper ... invenirent L 10 illis erg. L 13 saepe | in *versehentlich* *gestr.* | (1) alloqui (2) certamina L 13 est[,] (1) <utr-> (2) quae L 14 ascripsit, (1) nec putandum est semper adversarios (a) contra suam (b) secutos conscientiam (2) quod L 15 factum (1) non est verisimile (2) verisimile non est L 17 etiam erg. L 17 pio (1) non esse opus (2) qui non nisi sibi consulat (a) facile (b) Deum (aa) oculos aper (bb) gratiae (aaa) sua (bbb) tantum (3) qui (a) sibi (b) quantum L 20 teneas, (1) nec refert, (2) ut L 21 eas (1) probare possent, (a) sibi (b) si in dubium revocarentur, (2) | aliis erg. | probare L 22 si (1) <vi> (2) analysis L 23 analysis (1) res sine (2) quae L 25 gratiam (1) arbitror (2) loco L 25 esse | posse, *gestr.* |, censendum L

sciunt, admittet. Variae sunt viae Domini: sunt enim in quibus claras admodum rationes excitat, et praeclaras meditationes nasci jubet, ut praesidium esse possint infirmorum ac terror Sophistarum; alios horum autoritate regit, nonnullis affectus ipsi, qui aliis ad perniciem, duces sunt ad veritatem.

Quidam diu desultorii tandem dubitationum fessi, velut columba in mari vagata, in primo 5 loco sicco subsistunt: non tam rationibus quam ipsa lassitudine stationem eligentes; Deo interim ipsis ducem se praebente ad arcam veritatis.

Quin imo fieri potest, ut aliquis sophismate deceptus admiserit veritatem. Denique cogitemus errantibus citra pertinaciam saepe a Deo ignosci. Quae si expenderimus[,] facile agnosceamus, tametsi de fidei controversiis intricatissima disputatio sit, quando accurata esse debet, 10 ipsam tamen salutis viam non adeo difficilem esse, alioquin numerus salvandorum, non minus quam bonorum principum, uno annulo inscribi posset.

Quoniam tamen nunc eo ventum est, ut major sit disputandi saepe cura, quam vivendi, et lites eruditorum in Rempublicam propagatae magnorum motuum materia aut certe color fuere, ac ne nunc quidem satis exulceratae mentes leniri potuerunt, ideo metuendum est[,] ne 15 difficilibus aliquando patriae temporibus nova tempestas exurgat.

1 Domini: (1) alias (2) sunt L 1 admodum (1) et distinctas exci (2) rationes (a) pr (b) excitat L
 3 autoritate (1) ducit | (2) regit *ers.* | L 3 qui (1) alias | (2) aliis *ers.* | L 7 ad (1) veritatem (2) arcam L
 11 viam (1) usque adeo (2) non L 13 vivendi, (1) | et *versehentlich nicht gestr.* | lites inter eruditos
 agitatae | publicae *gestr.* | jam dudum factae sunt qu (2) et L 14 propagatae (1) a⟨rm⟩ (2) bellorum (3)
 magnorum L 15 ideo metuendum est *erg.* L 15 f. ne (1) difficilis (2) difficilibus (a) aliquan (b)
 aliquando (aa) Re (bb) patriae L